

Johann Nicolaus Quistorp

**Rector Academiæ Rostochiensis Johannes Nicolaus Qvistorpius, SS. Th. D. Profess. Pastor ... Ad Exeqvias, Qvas Viro ... Dn. Johanni Buckio J.U.D. ... Paratas Cupivnt Optimi Liberi, Omnes Omnium Ordinum Academiæ Cives ... invitat Ad Horam Primam Pomeridianam Diei Albini S. 1. Martii : [P. P. Sub Rectoratus sigillo d. 1. Martii Anno 1701.]**

Rostochi[i]: Wepplingius, [1701]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746334281>

Druck Freier  Zugang





**Qvistorp, J. N.,**


**in J. Buck.**

**R. 1701.**
















91.

71

RECTOR

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS

JOHANNES NICOLAUS  
QVISTORPIUS,

SS. TH. D. PROFESS. PASTOR AD DIV. NICOL.  
ET R. MINISTERII DIRECTOR  
AD EXEQVIAS,

QVAS

VIRO NOBILISSIMO, CONSULTISSIMO,  
AC PRUDENTISSIMO

DN. JOHANNI  
BUCKIO

J. U. D. DUCAL. CONSISTORII ADVOCATO PRIMO S.  
FISCALI VIGILANTISSIMO, SENATORI ET CAMERA-  
RIOPATRIÆ CIVITATIS, AC ILLUSTRIS COE-  
NOBII RIBNIZENSIS INSPECTORI


GRAVISSIMO

PARATAS CUIVNT OPTIMI LIBERI,

*Omnes Omnium Ordinum Academia C*

*Splendidissima invit*

ADHORAM PRIMAM POMERIDIANAM  
DIEI ALBINI S. I. MARTII.



RostochI, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.



## Amor noster crucifixus est!



Tane ergo plena sunt luctus, & lacrymarum omnia, ut vix *Juvenem Generosum & elegantissimum* iusta ante XIV. dies fecerimus, & jam mox Virum Grandævum, Prænobilissimum, Consultiss. Prudentissimum, puto Dn. JOHANNEM BUCKIUM J.U.D. decantatissimum, Consistorii Ducalis Advocatum primum dexterimum, Senatorem & Camerarium Reipublicæ N. gravissimum & integerrimum deflendum fata constituerint. Perquam elegans est *Plinii illius secundi* dictum: si annos computes, exiguum tempus vitæ; si vices rerum, ævum putes. Nihil enim est in totâ hominis vitâ, quod aut diutius in eodem statu perseveret, aut certum exploratumquæ vel ad brevissimum momentum temporis esse queat, ut non vita hæc vita; sed potius mors haberi, atque existimari debeat; ut non injuria Div. & acutiss. *Pater Augustinus* dubitarit; utrum mortalem vitam, an vitalem mortem ipsam appellare debeamus. Mortem quidem omnibus nobis natura proposuit: mortem effugere aut evitare nemo mortalium potest. Moritur doctus simul & indoctus, juvenis & senex. Omnia tempus habent, & suis spatiis transeunt universa sub sole. Mors omnibus supra caput instat. Quotidie dies ultimus appropinquat. Quotidie dies auferuntur nobis. Quotidie ad finem tendimus, & properamus ad mortem. Quod de fortuna Ethnici Veteres usurparunt, quia malis benignam se matrem, bonis duram novercam præbet, oculis eam captam & rationis expertem



perrem esse, justiore illud jure de morte usurpari posse videtur. Hæc sine illo Senum gravissimorum, aut juvenum in summam spem accrescentium, dignitatis aut indignitatis respectu, promiscuè in quoscunque sævit, modo hos modo illos tollit. Nulla urbs, nullum Castellū, nullus locus adeo firmus est, quem illa non penetret, ubi non ejus sævitæ documenta cernantur. De Roma, quum mundi caput & sedes adhuc imperii esset, quid sibi videretur rogatus à *Constantino Hormisdas Persa*, respondit; non minus ibi quam in reliquis mundi angulis homines mori. Ut rectissimè quamvis ab Epicuro dictum sit, contra cœtera quidem omnia tutum aliquid inveniri posse, contra mortem omnes nos habitare Civitatem non cinctam muris. Quæ ætas, quis sexus est, qui non exempla Sævitæ mortis quotidie nobis ob oculos ponat? Milla Senum ac juvenum defantur funera. Solam hic experientiam teste in laudo, nec opus aliis. Hodiernus nobis dies Virum Amplissimum à morte peremptum sistit, nostræq; nobis fragilitatis in Eo exemplum ostendit. Intueamur in Eum quotquot validi & vegeti nobis videmur, non anni, non robur à mortis nos injuria immunes præstabunt. Circumferimus nobiscum juvenes & Senes peccatum, per quod mors intravit in mundum. Quis scit hodiene an cras propter id ipsum in se mors sit incursura. Quotidie dies auferuntur nobis. Quotidie ad finem tendimus & properamus ad mortem. Hujus & vitæ & rerum humanarum incertitudinis, imbecillitatis, ac instabilitatis documentum hodie nobis proponitur in supra jam laudato Viro Nobiliss. Consultissimo, atq; Prudentissimo jam Beato Dn. JOHANNE BUCKIO J. U. Doctore in Civitate nostra Seniore, Consistorii Ducalis Fiscali Dexterrimo, Reipublicæ Patriæ Senatori, & Camerario gravissimo, Fautore N. & Affine quondam ætumatissimo, cujus vitæ curriculum iisdem verbis elegantissimis, ne mutata quidem syllabâ, dabimus, ut accipi-



mus abs pie defuncti Dno. Affine integerrimo, Virò Præ-  
nobilissimo, Consultissimo, Excellentissimo, Domino JO-  
HANNE SIBRANDIO J. U. D. ejusdemque Profess.  
Ducali Celeberrimo, Facultatis suæ & Collegii  
Ducalis Seniore gravissimo, Fautore & Collega nostro  
colendissimo. Ita verò verba ejus sonant: Lucem adspexit  
noster pie defunctus JOHANNES BUCKIUS Ao. 1633.  
ipso festo Johannis Baptistæ, Patre DAVIDE BU-  
KIO, Cive ac mercatore hujus Urbis fulgidissimo, matre  
ANGELA ELISABETHA Martens: Avo JO-  
HANNE BUKIO, Mercatore apud Hamburgenses inter  
præcipuos, Avia, ut reliquos Majores silentii peplo invol-  
vamus, JESCHA Sonnebergs. A quibus per lavacrum SS.  
Baptismatis noster Deo consecratus, parentes autem suos  
vix noscere ipsi datum fuit, Mater siquidem septimo à par-  
tu die extincta, nec alter parens diu superfuit, sed admo-  
dum infantem orbem dereliquit: quare aliorum curæ sub-  
mittendus in ætate tenerrima per aliquod tempus Ham-  
burgi substitit, potissimum autem heic loci consiliis usus  
patruì JOHANNIS BUKII, quem parentis instar per  
totam vitam coluit, & veneratus est. Cùm ergo vide-  
retur ingenium ad studia pronum, semper in id intenti  
Tutores. ut committeretur fidelissimis Præceptoribus, &  
quidem Studiorum fundamenta jecit in schola hac patria;  
cùmque visus ad illustriora Gymnasia aptus, ex consilio  
suorum Sedinense adiit, fama potissimum inductus magni  
illius *Micralis*, & aliorum, qui tum temporis egregiè juveni-  
tuti præerant, & ad altiora viam monstrabant. Inibi per ali-  
quod temporis spatium studiis naviter litans, ita ut Acade-  
mias cum fructu, postquam in humanioribus probè funda-  
menta jecisset, adire posset; & cum imprimis animum ad stu-  
dium juris applicasset, *Helmstadii* per bienniū substitit, fama  
præcipuè motus virorum egregiorum, Doctoris HENRI-  
CI



CI HAHNII, & D. HERMANNI CONRINGII, quorum alterum in studio juris privati, alterum autem publici & politices Præceptores habuit; hosque omni nisu sectatus. Revocatus ex patris consilio, Doctorem nactus a finem D. JACOBUM SEBASTIANUM LAUREMBERGIUM, non minus in humanioribus quam Jure clarissimum, idque itidem per integrum biennium, donec Ao. 1657. incesit peregrinandi studium; & magis dissita invivendi loca cupido. Et quidem postquam non multum temporis *Gryphiswaldia* consumsisset, *Lipsiam*, *Marpurgum*, *Gieslam* nec non *Coloniensem*, *Tubingensem*, & *Basileensem* Almas adiit, ut celebriores sibi illic locorum Doctores redderet familiares: diutissime autem *Argentorati* commoratus, inibiq; hospite usus Doctore JOHANNE REBHANIO, Professore tum temporis primario, & FCTis suæ Seniore, ut instructissima illius liceret frui bibliothecâ. Ubi ob loci famam & gradum assumere supremum in animum induxit (habita disputatione Inaugurali, & quidem ut inibi moris, sine Præside, de Reconvensione) anno 1659. d. 1. Decemb., abhinc quadragesimo & quod excurrit, ut ita omnium hic fuerit habitus sui ordinis Senior. Postmodum suscepta peregrinatione per *Galliam*, *Britanniam*, & *Bataviam*, cum & interea electioni Sacræ Cæsareæ Majestatis ritibusque coronationis interfuisset, reversus, animum appulit ad rem uxoriam anno 1660. d. 25. Septemb. & cum sponsa, jam sibi ante peregrinationem electa, nuptias celebrare constituit, domum ducendo EUPHROSYNAM SIBRANDIAM, Beati D. HENRICI SIBRANDI, Statuum provincialium Meclenburgicorum Syndici & Dicafterii Megapolensis Advocati, filiam. Postmodum & ipse Advocati simulq; procuratoris ordinarii in Consistorio Ducali munus suscepit anno scil. 1669. d. 9. Febr. Hac cum conjugè pacatum non minus quam fœcundum



dum habuit matrimonium, nati siquidem ex thoro hōc  
tres filii, quatuorve filia, JOHANNES nempe HENRICUS  
Signifer S. Cæs. Maj. Legionis alicujus in Hungaria contra  
Turcam, qui & in expugnatione Neoselienſi extinctus,  
hincque in perpetuum vivere, teste Imperat. Justiniano  
censendus, ANNA CATHARINA, & ANNA BAR-  
BARA, præmaturâ morte parentem præceſſerunt.  
Reliqui per Dei gratiam superſtites, novem nepotibus ex-  
hilararunt Avum. Et quidem ex majore natu Filio GE-  
ORGIO FRIDERICO, Sereniſſimi Celiſſimique Prin-  
cipis Mecklenburgici Domini FRIDERICI WILHEL-  
MI &c. in ſuperiori judicio Advocato Ordinario, ejusve  
Conjuge ANNA CATHARINA JONASSEN ipſi  
genitus JOHANNES CHRISTOPHORUS: Ex JO-  
ACHIMO CHRISTIANO, S. R. M. Suecicæ Præſecto  
tormentorum, ejusve conjuge REGINA REBECCA  
Weſemans duos habuit nepotes, quorum major fatiſ jam  
ceſſit. Ex majore autem nata filia EUPHROSYNA  
CHRISTINA, quæ nupſit JACOBO BARTHOLOMEI,  
Medicinæ Doct., & hodie practico Gedanenſi feliciffimo,  
nata JOHANNA CATHARINA, ANNA EUPHROSY-  
NA, RAHEL DOROTHEA, in tenerrima ætate ex-  
ſtinctæ, CATHARINA ELISABETHA, & CHRISTINA  
JULIANA. Ex altera CATHARINA ELISABETHA  
quæ nuptui collocata JACOBO CHRISTIANO WEIS-  
SIO, Mercatori ac Civi Gedanenſi primario, natus JOHAN-  
NES JACOBUS. Poſtquam Conjux deſideratiſſima una  
cum partu eſſet exſtinctæ anno 1672. ſeptimo à partu die, ad  
ſecunda tranſienti vota in adiutorium adſumere placuit  
MARIAM BARCLAJAM, JOHANNIS METERI, Ci-  
vis & mercatoris facile hic primarii viduam d. 16. April.  
1673. Ano 1682. d. 24. Febr. autem in ſenatum electus huic.  
muneri per octodecim præfuit annos. Cum & illa anno  
1685. ad plures abiſſet, nec ejus res œconomica pateretur  
in



in cœlibatū persistere, tertia subire vota fata voluere &  
anno 1688. thori sociam adsumsit **MARGARETHAM**  
**SCHNITLERIAM**, viduam primū Geismerianam  
post Carnazianam d. 17. Octobr. qvā tamen ante annum  
& quod excurrit præmisit, postqvā in pacatissimo tho-  
ro ad finem usque persistissent. Pluribus accuratisqve lineis hæc  
deducta legere possumus in Candido *Venerandi Dn. Facult. Theolog.*  
*Senioris, Excell. Dn. Habichborstii Rostochio Literato* sub initium Anni  
1700. publicato p. 226. ad quod B. L. jure remittimus. Propitia insuper  
autē veritate testari possumus, piē defunctū nostrū hoc unice egisse  
qvomodo spartam, qvā nactus, & dignitatum, ad qvæ suffectus erat,  
officia, ornare, & potius vir bonus esse, qvā videri posset. Ne-  
mini unqvā certo deliberatoqve animo injuriam, nemini vim,  
nemini manum intulit. Causarum Patronus à Clientibus vocatus in iis  
curandis & virum bonum & Patronum bonum semper egit, ut, qvas  
rectē posset, reciperet, qvæ secus se haberent, eas averfaretur. Qvā  
dexteritatem in Consiliis, qvā industriam in negotiis Civitatis & illu-  
stris Cœnobii Senator Ampliss. & Provisor vigilantiss. constitutus proba-  
verit, cum nemini ignotum esse putem, silere, qvā leviter attingere  
malo. Musarum fautor & ad ultima verē exitit. Nulla certe in  
Auditorio fuit proposita disputatio, nulla habita oratio, nullus insti-  
tutus actus solemnis, in qvibus non occupaverit subsellia Doctorum  
Academiæ. Sed filum abrumpire jubet paginarum angustia, prima-  
rium autem præterire non possum. Fuit **D. BUCKIUS** Christianus,  
audivit lubens Christi vocem suos vexilliferos ad crucem cohortan-  
tis, & voci quidem illi reverenter optemperavit. Dome-  
sticis fluctibus nonnunqvā agitatus animum non deposuit, Fla-  
gella enim eo loco habuit, ut qvemadmodum frumentum tritura  
folliculos exuit & deponit, sic istis concussionculis judicavit paleas  
vanitatum exui & deponi, qvas nimis sæpe etiam pius exrerum hu-  
manarum tractatione adhærescere probe novit. Morbi ge-  
nus quod concernit, ipsius Dn. Medici, puto viri Prænobilissi-  
mi, Excellentissimi, Experientissimiqve Dn. **BERNHARDI**  
**BARNSTORFFII**, Medicinæ Doct. ejusdemqve Facult. Profes-  
soris & Collegii Senatorii Senioris gravissimi, ac totius Ci-  
vitat. N. Archiatri Vigilantissimi, Collegæ ac Cognati N.  
Colendissimi, verbis exponemus sequentibus: *In veteratus*  
*quis*




quispiam affectus Catarrhosis, quo pie Defunctus, Vir Nobilissimus &  
 Coniunctissimus Dn. D. BUCK, Amicus noster integerrimus, nunc  
 prob d'lor! desideratissimus, jam per multos annos subinde graviter  
 fuit vexatus, eusq; valetudo non parum labefactata, paucos ante obi-  
 tum dies, ex afflatu aëris, cui se concrederat, asperioris, austerioris, & fri-  
 gidioris, retruduit; & cum subitanea virium prostratione, in partibus  
 non tantum exterioribus capitis, verum jam etiam in interioribus  
 cerebri medullis, intensissimos, & per intervalla, fulminis instar, acce-  
 dentes, iterumq; recedentes, mox verò redeuntes dolores convulsivos,  
 & in præcordiis anxietates excitavit, in pectore verò tantas causavit an-  
 gustias, ut viscidos & pituitosos, quibus oppletum erat, humores ruffi-  
 endo necehcere valuerit; præterea quoq; nec oculos extollere, nec som-  
 num capere, nec cibum assumere, nec sitim bibendo sibi lenire potuerit.  
 Cui malo convenientia adhibuimus remedia, quæ cruciatus quidem capi-  
 tis, & præcordiorum anxietates ex voto sustulerunt, at in reliquis nil quic-  
 quam procurarunt levaminus: vires enim indies magis magisque defec-  
 erunt, & recensita symptomata, cum partium variarum convulsionibus  
 majora incrementa & augmenta sumpserunt; unde exhaustus  
 tandem viribus, quinto decubitus die sine ullo dolore & angore, pla-  
 cidissime, inter lacrymas & preces Assantium, vitam finivit.  
 Vitam sic finivit caducam, transiens ad vitam sine fine. Meritus  
 enim clarus, laboribus pro Republica exhaustus, curis fractus, cum  
 in fide & bona conscientia bonam militiam militasset, inter preces  
 adstantium Excell. & optimorum Affinium ac cognatorum ad chri-  
 stum *μρόντο νεγί inέρτω*, cuius in S. Coena conviva multoties fuerat,  
 ardentissimas, certâ spe vitæ æternæ, integris sensibus, cor ipsius  
 Spiritu S: mirificè confirmante, animam suam Servatoris nostri  
 commendans manibus, ingressus ætatis annum 68, placidissime,  
 ac si in somnum componeretur, die 1. Februarii, ipso purificationis  
 festo, circa horam IV. pomeridianam expiravit, & ad Coelites  
 abiit. Quumque hodie corpus, quod animæ in cœlis nunc agentis  
 domicilium fuit, terræ mandari debeat, amicè rogamus omnes  
 Academiae nostræ Cives, ut in rubro notata horâ in templo Ja-  
 cobæo frequenter conveniant, & iusta piis manibus persolvant,  
 præsentque hoc quicquid est officii maestissimis optimis libe-  
 ris, Cognatis, Ignatisque, quorum tristitia & luctus  
 hâc *συμπρωθεία* non nihil mitigabitur.

P. P. Sub Rectoratus sigillo d. 1. Martii Anno. 1701.



















in coelibatu persistere, tertia subire v  
anno 1688. thori sociam adsumsit  
SCHNITLERIAM, viduam prim  
post Carnazianam d. 17. Octobr, quan  
& quod excurrit praemisit, postquam  
ro ad finem usque perstitissent. Pluribus  
deducta legere possumus in Candido *Vener.*  
*Senioris, Excell. Dn. Habichborstii Rostochio Li.*  
1700. publicato p. 226. ad quod B. L. jure remi  
autē veritate testari possumus, piē defunctū  
quomodo spartam, quam nactus, & dignitatu  
officia, ornare, & potius vir bonus esse, q  
mini unquam certo deliberatoque animo  
nemini manum intulit. Causarum Patronus à  
curandis & virum bonum & Patronum bon  
rectē posset, reciperet, quā secus se haberet  
dexteritatem in Consiliis, quam industriam in  
stris Coenobii Senator Ampliss. & Provisor vigil  
verit, cum nemini ignotum esse putem, silere  
malo. Musarum fautor & ad ultima verē  
Auditorio fuit proposita disputatio, nulla ha  
tutus actus solemnis, in quibus non occupav  
Academiae. Sed solum abrumpere jubet pagin  
rium autem praeterire non possum. Fuit. D.  
audivit lubens Christi vocem suos vexillifer  
tis, & voci quidem illi reverenter opte  
sticis fluctibus nonnunquam agitatus animus  
gella enim eo loco habuit, ut quemadmod  
folliculos exiit & deponit, sic istis concussiu  
vanitatum exui & deponi, quas nimis saepe  
manarum tractatione adhærescere probe  
nus quod concernit, ipsius Dn. Medici, p  
mi, Excellentissimi, Experientissimi que  
BARNSTORFFII, Medicinae Doct. ejusd  
foris & Collegii Senatorii Senioris grav  
vitas N. Archiatri Vigilantissimi, Co  
Colendissimi, verbis exponemus sequē

uere &  
THAM  
erianam  
e annum  
mo tho  
ineis hae  
Theolog.  
um Anni  
a insuper  
ce egisse  
tus erat,  
stet, Ne  
pini vim,  
atus in is  
t, ut, quas  
etur. Quā  
tis & illu  
tus proba  
attingere  
a certe in  
llus insti  
octorum  
s, prima  
istianus,  
ohortan  
Dome  
uit, Fla  
n tritura  
it paleas  
rum hu  
orbi ge  
obilissi  
HARDI  
Profes  
tius Ci  
nati N.  
eteratus  
quis

